№ 7. Dodatek do Tygodnika katolickiego. do № 20.

ARCHDIECEZYA
GNIEŹNIEŃSKA I POZNAŃSKA.
Okólnik.

# ORDINATIO
## CONGREGATIONUM DECANALIUM.

**Martinus Dunin**
Miseratione Divina et Sanctae Sedis Apostolicae Gratia Archi-Episcopus Gnesnensis et Posnaniensis, Legatus Natus Ordinis Aquilae Rubrae Eques.

*Illustribus Admodum Reverendis Decanis foraneis, universoque Clero Archi-Dioecesis Nostrae Gnesnensis et Posnaniensis Salutem et benedictionem in Domino,*

Muneris officii Nostri, et gravis illius Pastorum Pastoris moniti, non immemores: Nos aliquando strictam in extremo Dei judicio rationem pro animabus, curae Nostrae commissis, reddituros esse, justam utique timendi causam habemus, ne officio, quod Nobis in munere Nostro tantopere incumbit, quodammodo deesse videamur. Inter alia sedulo Nos invigilare oportet, ut inprimis in his omnibus, in quibus Nos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, conscientiam Nostram salvare valeamus, dein operam impendere, ut salus omnium, quibus Miseratione Divina praesumus, quantum in Domino possumus, promoveatur, legesque, decreta, constitutiones, statuta, nec non laudabiles Ecclesiarum consuetudines, silentibus Nobis, non exolescant, sed magis ac magis animis omnium inculcentur. Prae caeteris vero, ut rem propius attingamus id Nobis curae cordique est, ut salutares illae et perantiquae praedecessorum Nostrorum circa Congregationes Sacerdotum, per Decanatus, singulis annis celebrandas, institutiones, longa temporum serie probatae, sartae tectae serventur. Quum enim continua tot annorum praxis, eas non solum propter Sacerdotes valde necessarias, sed etiam populo christiano non minus perutiles esse, ac conservando regimini spirituali et disciplinae ecclesiasticae maxime inservire, luculenter comprobaverit; proterea facere non possumus, quin eas de prioribus institutis varie hoc tempore immutatas, passim in desuetudinem abeuntes, atque alicubi fere neglectas, praesentibus in memoriam revocemus. Quarum veterem, imo vetustissimam ubique provinciarum observantiam, nemo in dubium vocare audebit, qui vel aliqua rerum in Ecclesia nostra gestarum et disciplina ecclesiastica in ea conservanda, praeditus est scientia. Statuta variarum, tam provincialium, quam dioecesanarum, longe lateque celebratarum Synodorum, clarum desuper testimonium exhibent. Sic ex novissimis, mentione de antiquis intermissa, in Synodo archidioecesana Gnesnensi sub Stanislao Szembek, anno 1720 celebrata, constitutum est Capite de Congreg. Decanal.: „ut quisque Decanus bis in anno Congregationem celebret, unam Diebus Maji, alteram diebus Octobris.“ Synodus vero Dioecesana Posnaniensis sub Christophoro Antonio Szembek anno eodem, ut supra, 1720. peracta, capite XX. mandat: „ut decani muneris sui officium adimpleant, vel maxime in celebrandis congregationibus bis in anno.“ Huc etiam collimat epistola pastoralis Vladislai Antonii Łubieński idiomate polonico Lovicii anno 1761. edita, art. IX. Ratio ejusmodi celebrandarum per Decanatus Congregationum non alia fuit et esse debet, nisi ut hoc modo ministri Christi in difficili opere suo, quod in vinea Christi absolvere tenentur, plus plusquam firmentur, guavi et diligentes ad majorem Dei gloriam aedificationemque corporis Christi promovendam inflammentur, pigri et vocationem suam prostituentes, ad emendationem vitae excitentur, ignari in charitate fraterna instruantur, ac demum, pravis nonnullorum Sacerdotum moribus obviam eundo, rationes, quibus iidem mores emendentur, Episcopi juditio subjiciendae, suggerantur, qui perinde, ejusmodi scandalis, abusui et varii generis incommodis, congruenter providere possit. Non ignoramus quidem, haec potius, quae sic supra diximus, ad Synodos Dioecesanas ab Episcopis in suis Dioecesibus celebrandas, referenda esse, ad quas nimirum ejusmodi de rebus ecclesiae, ejusque ministris tractanda ad mentem Concilii Tridentini Sessione XXIV. c. II. unice spectare, tractu tamen temporis, illis ob multas difficultates et temporum vicissitudines varie nunc impeditis, et plane aevo nostro desuescentibus, ea tandem ad Congregationes Decanales, utpote in locum Synodorum dioecesanarum substitutas, transiisse comprehendimus. Ad hanc rem Summus Pontifex XIV. de Synod. Dioeces. lib. I. c. 2. No. 5. Benedictus multa habet, ad quae super his edoceri cupientes, libere remittendos esse malumus. Interim Episcoporum est, difficultatibus Synodos Dioecesanas juxta Tridentini decretum celebrandas, impedientibus, alias suppetere artes, quibus Synodorum Dioecesanarum defectus omni meliori modo suppleantur. Sacra Congregatio litteris suis ad Episcopum Canariensem, occasione visitationis sacrorum liminum, anno 1720. datis, motam de Synodis Dioecesanis puaestionem, pari modo resolvit: „reliquum est, inquit, ut tuis postulatis respondeam. Primum difficultates Dioecesanae congregandae Synodi nobis ob oculos ponis, et quae quidem maximae sunt, vetantque profecto omnem ecclesiasticum conventum fieri. Verum Sacra Congregatio certior a te fieri cupit, an in unaquaque insula possent per annos singulos definito a te per edictum loco ac die, aut omnes, aut major clericorum pars, quibus Synodo interesse jus est, commode coire, vices suas uni aut pluribus procuratoribus delegaturi, et an, qui electi fuerint, possent accepto authentico legationis suae testimonio, statuto pariter tempore te convenire, ut referant suarum Ecclesiarum statum, cleri et populi mores, religionem et pietatem, templorum decus, piorum locorum administrationem ceteraque omnia, quae opus forent. Collatis tunc ipse consiliis, quid agendum esset, imperares, veluti de Synodi sententia, imperataque illi ad suos adducerent, curarentque perfectum iri. Id enimvero Synodi speciem obtineret, maximumque inde fructum caperes, quippe, quid ubique tuae Dioecesis agatur, penitus internosceres, habitoque cum gravissimis viris, quales hujusmodi procuratores creandi essent, sermone, melius universis tuae Ecclesiae rebus consuleres.“ Salutaribus hisce, pergit S. Pontifex, Sacrae Congregationis monitis morem gerere deberent Episcopi extra Italiam, ac praecipue in Germania degentes, si verum est, quod scribit Leop. Pilatus, Canon Trident. in suis originibus juris Pontif. lib. V. tom 2. fieri nimirum non posse ob Dioecesium amplitudinem, parochorum paupertatem, atque itinerum longitudinem, ut illi singulis annis Synodum celebrent. En satis esse et sufficere Nobis, quatenus in hac praesertim rerum conditione et occurrente celebrandi Synodos Dioecesanas difficultate, Nostram desuper sollicitudinem vel in parte expleamus. Quod ergo reliquum est, redeamus nunc ad Congregationes Decanales, easque prae oculis Nostris potissimum habeamus, ne Dioecesanis Synodis ex supra allatis rationibus sic substitutae, ullibi Archidioecesium Nostrarum ultro negligantur. Ex supra dictis jam per se patet, conventus Decanales, magni esse momenti, imo maximi ob fructus ex usu et observatione eorum manantes Verum enim vero nemo negabit, artem munia pastoralia, ut oportet, obeundi, esse summam omnium artium, nisi exerceatur, periclitatur et in discrimine versatur. Recta quippe Congregationum Decanalium institutione non solum laudata ars commode perficitur, sed etiam foventur, aluntur et augentur illa studia et virtutes, quae in seminariis antea prius tractari et propagari solebant. Quid porro dicamus de cura animarum? de pietate, vita et moribus? de conversatione et zelo pastorali? quid de administratione Sacramentorum et functionum parochi? quid de confessionibus audiendis? quid de Ecclesia recte gerenda et de paroecia rite procuranda? quid de scholis et educatione juventutis in iis promovenda? quid de officio divino, cultu, devotione et sacris? quid de honestate et decore, ordine et munditie in Ecclesia praesertim custodiendis? quid de bibliotheca, libris metrices et correspondentiis Ecclesiam, parochiam et ipsum parochum concernentibus? quid de rescriptis utriusque regiminis eorumque debita observatione? quid de variis in parochia et extra parochiam notandis, et bene perpendendis casibus, ac dubiis resolvendis? quid de pace inter conjuges conservanda, litibus inter eos componendis? pauperibus misericordia nostra sublevandis? quid de auxiliis in necessitate proximo ferendis, probis erigendis, malis corrigendis? quid denique de sensu recti et commodi? de processibus et causis nomen et honorem Sacerdotum minime decentibus? quid de rixis inter Clerum, inimicitiis inter fratres, inobedientia erga superiores, excessibus populum inter et Clerum? quid de turbatoribus pacis, qui se alterius parochiae et alienis negotiis immiscent? quid, ut claudamus, de iis Sacerdotum, quorum quidem laus summa, et vita ima, deifica professio et illicita actio, honor sublimis et vita deformis? Haec sunt, quae in Congregatione Decanali retractari, investigari, reprehendi et corrigi possunt ac debent, quaeque ad disciplinam ecclesiasticam, in suo vigore tenendam plurimum proficiunt. Si quando urgens fuerit necessitas Congregationum, sine dubio nunc est, cum plane iniquitatum infinitus sit numerus. Ecce cultores verbi divini, operarii in vinea Christi non otiose stantes, Sacerdotes non quae sua sunt, sed quae sunt Dei, quaerentes, Curatores animarum, pretioso Sanguine Christi redemptarum, coelestia sapientes, omnes hic partes muneris officiorum suorum adimpleant necesse est, ut contemtu religionis longe lateque se diffundente et pullulante, scandalis et offensis saepe saepius orientibus, procellis temporum vel ipsi religioni undique imminentibus, malitia ad postremum spiritus perversionis caput superbum extollente, lux sint mundo, sal ter-

rae, candela ardens populo et fidelium aedificatio. Magnum revera stimulum, messemque multam! huc omnes Sacerdotum vires in unum jungendae sunt, ut per doctrinam, per exempla, per accuratam vocationis suae cognitionem et per vocem clamantis in deserto poenitentiam in remissionem peccatorum praedicent et prava in directa et aspera in vias planas (Luc. III., 5.) reducenda studeant. Ad haec vero maximo esse adjutorio et auxilio conventus Decanales, quis est, qui non cognoscat? Quibus sic praelibatis pergimus nunc ad alia et inprimis ad ritum, quo Congregationes Decanales peragi solent, debentque.

I. Congregationes Decanales singulis annis, semel in anno, in quolibet Decanatu Archidioecesium Nostrarum instituendae sunt, quibus omnes Presbyteri, quolibet titulo animarum cura fugentes, nemine, si aliunde nihil obstiterit, excepto, interesse debent.

II. In his congregationibus, ea omnia tractanda et revolvenda sunt, quae jam superius fuse exposuimus, insuper:

a) ut Clero semper exemplum bonum praebente, odoremque bonorum operum suorum exhibente, inter christianum populum mores boni conserventur, pravi corrigantur. Ut omnes, quibus cura animarum incumbit, occasionem habeant publicam, tum pio in se stimulo amoris Dei, tum suo in fideles religionis et virtutis exemplo, spiritum devotionis et pietatis christianae pro viribus augendi;

b) ut inter Sacerdotes, qui juxta Salvatoris Nostri verba vocati sunt, ut mundi lampades fiant, animus ad sacras disciplinas et studium praesertim scripturae sacrae et Patrum, serio excitetur, nec non recollectio animae et castitas vitae foveatur;

c) ut in casibus difficilioribus, in munere pastorali haud raro occurrentibus, Sacerdotes una congregati, maturo examini subjiciendis, per consilia sibi invicem aperiendis et per mutuam deliberationem atque experientiam explanandis et resolvendis, operam ponant diligentem.

III. Tempus celebrandis Congregationibus accommodum menses sunt Majus et October. Dies certus a Decano tempestive praefigatur, et quidem ad minimum ante quatuordecim dies, ut Curati diem absentiae suae parochianis notam facere, infirmisque, morti forte proximis, Sacramenta administrare possint.

IV. Congregationes Decanales non in uno, eodemque semper loco, sed per turnum locorum et Ecclesiarum, prout hactenus moris erat, celebrandae sunt, ut nullus alio magis et longioris ad locum Congregationis itineris gravari videatur expensis. Cum vero acciderit, in extremis finibus Congregationem celebrari, ne remotissima inde pars Decanatus prorsus Sacerdotibus destituatur, curandum, ut saltem duo in Decanatu taliter in loco relinquantur Sacerdotes, quatenus pro casu necessitatis saltem in distantia unius milliaris praesto sint, infirmis auxilium spirituale laturi. Qui liberi sint pro hoc anno a Congregatione, ad illosque ex confinibus Parochiani remittantur. Ex vicinioribus quoque Decanatibus aliqui Sacerdotum propriores rogari, populoque notificari possunt, ut pro quolibet necessitatis casu vicariam suam opem non denegent. Jam vero cum ad absolvendum turnum per omnes decanatus pro varia decanatum amplitudine plures requirantur anni, unde accidere possit, ut nonnulli Sacerdotes, postquam suos Condecanales gravaverint hospitalitate, vicem iisdem ob immaturam mortem reddere non valeant, ideo habere volumus, si ita majori parti Cleri Decanalis placuerit, sumptus pro sustentatione Condecanalium tempore Congregationum fieri communes, a singulis pro qualibet vice aequaliter suppeditandos. Interea Decani curabunt, ne ejusmodi Congregationes in epulas, conviviaque degenerent, neque contributio hunc in finem pro persona Imperialem unum in diem excedat.

V. Ad officium cujuslibet Decani spectabit porro adimplendum, ut terminus, celebrandae Congregationi praefixus, Officio seu Consistorio Nostro quamprimum referatur, ut si forte eidem placuerit, Commissarium suum, qui Congregationi Decanali praesideat, expedire, id opportune facere possit.

VI. Mos hucusque observatus Libros Metrices, prout sunt, Baptisatorum, Copulatorum etc. sicut et perceptas atque expensas Aerarii Ecclesiarum in Congregatione Decanali revisionis causa producendi, praesentibus abrogatur, et quidem ea de ratione, quod Decani tunc temporis, aliis negotiis nimis praeoccupati, debitam, ut par est, curam iis impendere non possunt. Ejusmodi revisionem nec non majori cum diligentia instituendam in ipso loco inspectionem, alio mandato Nostro in Visitatione scilicet annua Decanali, Decanis faciendam esse inculcavimus. Revisioni et inspectioni Librorum metrices Ecclesiae substituimus potius bibliothecas Decanales, ad usum totius Decanatus multis jam in locis comparatas, de quibus ex relationibus Decanorum ubi locorum sint? quo numero, ordine et conditione? quomodo conserventur? qui Sacerdotum libros legant? quos libros bibliothecae Decanali liberalitas utriusque status destinaverit? qui libri desiderentur, ut Sacerdotes habeant quovis casu fontes, unde requisitam scientiam haurire possint? cognoscere cupide avemus.

VII. Sacerdotes omnes die constituta, in loco Congregationis hora septima mane comparere tenentur. Ex longinquo venientes pridie ad quempiam viciniorem, Sacerdotem devertant, ne tardius ceteris veniant.

VIII. Si quis ob gravem causam ad Congregationem Decanalem venire nequiverit, causam ejusmodi in scriptis quatriduo ante Congregationem Decano suo refferre debet. Receptas ejusmodi excusationis literas Decanus in sessione Decanali producet, quo facto, omnes Condecanales judicabunt, utrum excusatio sit justa, vel non? Frivole, vel absque legitima causa esse absentantes, aut in loco Congregationis inhoneste sese gerentes, Officio Nostro denuntiandi sunt.

IX. Quod modum, ordinemque absolvendae Congregationis attinet, nihil innovari putamus, cum praesentibus statuamus, ut ipsa hora septima mane, pulsu campanarum praemisso, omnes superpelliceis induti, processionaliter, ex aedibus plebanalibus ad Ecclesiam iter instituant, campanarum sonitu comitante. Post Clerum decanalem locum obtineat Decanus, vel ejus locum tenens, duobus Assessoribus Decanatus stipatus. Cunctis Ecclesiam ingressis, persolutaque ante majus altare oratione, fit statim confessio Sacramentalis omnium et singulorum Condecanalium. Quem in finem duo, vel tres Sacerdotes, a Decano prius deputati, confessiones excipiant. Post confessiones rite peractas, votiva de Spiritu Sancto per Decanum, vel ejus Substitutum, cum assistentia Diaconi et Subdiaconi ex junioribus eligendorum, solenniter decantetur. Finito e evangelio, oratio sacra e suggestu ab eo Sacerdotum habebitur, quem Decanus, porrecta ei materia sermonis, potissimum ad Sanctitatem vitae Sacerdotalis spectantis, ad hoc designavit. Clauso sermone et peracta Celebrantis communione, omnes Sacerdotes, reverenter ac devote, more solito, ad sacram communionem accedant. Quoniam vero multum temporis consumeretur, si, prout hucusque mos erat, post missam do spiritu Sancto celebratam, alia caneretur missa pro defunctis confratribus, illamque sequeretur processio, illi similis, quae die commemorationis fidelium defunctorum fieri solet, atque eapropter fieri non posset, ut omnia negotia, quorum meminimus, uno die commode peragerentur; quare obligamus omnes Curatos in conscientia, quatenus devotionem pro defunctis Confratribus, post absolutam Congregationem decanalem vel die immediate sequenti, si ob ejusmodi longiorem absentiam Curatorum a suis ecclesiis nullum timeri debeat periculum, quod inde parochianis eorum oriri possit, vel die, qui illis aptissimus videbitur, in propriis ecclesiis instituant peragantque.

X. Absoluta Missa votiva, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum e tabernaculo majoris altaris processionaliter cum cantu hymni: „Pange lingua etc." in sacristiam defertur. Facta ibi adoratione SS. Sacramento debita, Sacerdotes omnes conferunt se ad aedes plebanales, cibo aliquo sibi praeparato, reficiendi. Interim in ecclesia, populo secedente, paratur mensa cum cruce et tot sedilia ponuntur, quotquot fuerint Sacerdotes, locum suum ad eam occupaturi.

XI. Sumpta refectione, iterum omnes, absque tamen campanarum sonitu processionaliter Ecclesiam accedunt, ibique ad mensam cum cruce paratam, juxta aetatis honorisque gradum locum accipiunt. Tunc Decanus, vel ejus vices gerens, invocatione S. Spiritus praemissa, idiomate latino vel vulgari, Confratres suos alloquitur, Sermo ejus sit gravis et inter alia ad status Sacerdotalis dignitatem et sanctitatem vitae, nec non ad labores illos, ad quos in vinea Christi Ministri ejus sese accinxerunt, ponendos, praecipue accomodatus. Praeterea excitet Decanus Confratres suos ad patientiam, mansuetudinem, humanitatem, zelum et virtutem amoris Dei et proximi, quibus gregi suo cumprimis praelucere obligantur. Non abs re quoque erit, omnes ordinationes et Dispositiones, in tractu anni nuper elapsi, a Nobis et Officio Nostro in gravi materia editas, brevi percurrere. Item hic locus erit, producendi excusationis literas fratrum et commemorandi Defunctos e gremio, vel e Confraternitate, solitis confratrum precibus, commendandos.

XII. Sequitur scrutinium de vita et moribus. Hic repetendae sunt ad amussim omnes quaestiones a verbis: quid porro dicamus de cura animarum? de pietate, vita et moribus? de conversatione etc. usque ad: honor sublimis et vita deformis — in principio Ordinationis Nostrae positae. Istiusmodi quaestiones optime faciunt ad scrutinium efficaciter instituendum. Addatur adhuc: num parochi omnibus Dominicis et festivis diebus conciones et catechesim ad populum habuerint? num oves suas ad paschalem confessionem recte praeparaverint et quomodo eas ejus tempore curaverint? num in percipiendis juribus stolae justitiam servaverint et neminem gravaverint? an non vitam suam ebrietate, vel aliis vitiis maculaverint? an non plus profanae recreationi, ut nempe chartis ludant, nundinis intersint, domos varias visitent, cauponas frequentent, quam devotioni spiritus studuerint? num Ecclesiae, parochiae, domui suae et domesticis, ut oportet, praeesse curaverint? quid circa meliorationem beneficiorum suorum, decorem domus Dei et parochiae incrementum praestiterint? et

similia. Verbo, omnia in medium proferantur, quae, vel ad morum emendationem, vel ad perfectam officiorum executionem aliquomodo conferre possint. Haec autem omnia fiant in charitate Domini Nostri Jesu Christi, absque ira et odio, invidia et mala voluntate, non insultando, nec objurgando, non exprobando, sed pura intentione, quam habet Sancta mater Ecclesia, de salute omnium vehementur sollicita. In consessu Confratrum sic voluta et revoluta, nullo modo propalare licebit, sed quilibet sub onere conscientiae ad silentium se obligatum sciat. Qui secus fecerit, et quid eorum, de quibus actum fuerat, revelaverit, non aliter, nisi, se contra amorem proximi, suadente diabolo, peccare voluisse, putaretur, et justam Nostrae indignationis poenam promereretur. Excessus et defectus leviores Decanorum est, pro viribus emendare, graviores vero legi divinae vel sacris canonibus adversantes, unde scandala et offensae emergere solent, ad Officium Nostrum quamprimum referre, super quibus conscientiam cujuslibet decani, insuper et Assessorum onerandam esse duximus. Si vero ipsemet Decanus, quod absit, vitam agat minus decentem, Condecanales tunc temporis indubiis testimoniis nixi, malis, statim in ipso exordio medicinam praeparantes, ne sileant, sed Nobis cito citius nota faciant, indaganda. Terminatis inquisitione et censura de vita et moribus, quaeratur de publicis in paroeciis scandalis, deque modo, iisdem occurendi. Pari modo deliberandum est, quomodo pietas et devotio christiana inter fideles resuscitanda et vivificanda sit? qua via, quoque remedio incriminationibus et sceleribus varii generis, furtis, ebrietati, vitiis carnis, totque aliis nefandis, religioni in opprobrium redundantibus, consulendum atque in radice obviandum? Similiter tractandum est de re scholastica, ut doctrina christiana pueri in Scholis, ea qua par est, ratione, bene imbuantur, habeantque docentes, qui iis panem vitae immaculatae frangant, porrigantque. Non possumus penitus omnia uno eodemque textu comprehendere, quippe cum materia sit copiosa, speramus tamen fore, nihil in Congregatione Decanali praetermissum iri, quod sub quovis respectu, observatione dignum, appareat. Hujusmodi et alius generis quaesita et responsa, monita et decisiones, ac porro cuncta in Congregatione tractata et deliberata, scrutinio subjecta, accurate conscripta et in protocollum redacta, Decanus ad Officium Nostrum remittenda curabit.

XIII. Praeterea elaborationes super quaestionibus ab Officio Nostro Generali in utraque Archidioecesi Nostra existente, ab initio cujuslibet anni assignandas esse constituimus. Theses ex universa Theologia, jure canonico, vel historia Ecclesiastica depromentur. Elaborationi harum thesium omnes, ne Decanis quidem exceptis, subjiciendos esse decernimus. Sexagesimum aetatis annum adepti, liberi declarantur. Ex his elucubrationibus cognoscere desideramus, quomodo Sacerdotes pretiosioribus auro et argento, tempore et otio utantur? quantam lectionibus librorum operam navent? num animum de die in diem in necessariis status sui studiis excolant? ex quibus fontibus doctrinas theologicas haurire ament? utrum breviarium recitent? ac demum, qua polleant vi rationis, facultate intellectus et peritie mentis, ut judicia sua super materiis, sibi oblatis, ferre valeant. Praeter has elucubrationes, omnibus in genere assignandas, liberum erit cuilibet Sacerdotum, specialem adhuc thesim assummere sibi pertractandam. Gaudebimus valde desuper et considerabimus id, ut specimen singularis diligentiae literarumque amoris, multumque gavisi, rationem horum Sacerdotum occasione data habebimus. Erunt sine dubio Sacerdotes, qui, Nos novum hac in re humeris ipsorum onus imponere, palam dictitabunt, at hi bene tamen considerent, Nos in his omnibus eo unice spectare, ut Ecclesia Nostra, Ministris ejus in omni genere virtutum et doctrinarum diligenter sese exercentibus atque in omnibus, ut dicit scriptura, divitibus factis in Christo, in omni verbo et in omni scientia, magis ac magis efflorescat.

XIV. Ad ultimum allocutione exhortatoria ad Confrates brevi per Decanum latino, vel vulgari sermone facta et ad unitatem et charitatem mutuo fovendam, vitam sancte obeundam, fidem officiis servandam, animum in scientiis perficiendum, virtutes perpetuo colendas, directa, Congregatio fratrum Decanalis eodem die vel si id commode fieri poterit, altera, ob breve tempus in eam procrastinata, ad exitum perducatur, protocolumque super ea, servatis servandis, ut supra videre est, a Decano, Assessoribus et Notario subscriptum, totaliter expediatur. Quibus ad finem perductis, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, campanarum sonitu comitante, e sacristia processionaliter cantando hymnum: „Te Deum — ad majoris altaris tabernaculum reportetur, Collecta pro gratiarum actione decantetur et sic Congregatio Decanalis in nomine Domini concludatur. Tum omnes Sacerdotes ad aedes plebanales se conferunt et inde ad suas parochias non cunctantes, revertuntur. Processum totum super absoluta Congregatione Decanali, expressis nominibus eorum, qui aderant, et absentium, ab sentiaeque causis, Decani Officio Nostro in spatio duarum hebdomadarum cum omnibus annexis, scriptis et libelis, Approbationum instrumentis et quibusvis necessariis documentis, remittendum curabunt. Jn relatione separata Decani, erit utique locus, animadvertendi, qui Sacerdotum laude praesertim digni Officio Nostro et Nobis commendentur. Quorum commemoratio, ipsa justitiae virtute digna, ab omnibus colenda, libenter excipietur. Taliter Ordinationi Nostrae circa Congregationes Decanales recte celebrandas limitem positurі, maximopere desideramus, ut eaedem eo spiritu instituantur et absolvantur, quo movebanur, ut inde in Ecclesiam, ejus Ministros et populum, amplissimi fructus redundent. Quare cum Apostolo Paulo obsecramus omnes „ut exhibeant se Deo placentes. Nolite ergo fratres carissimi! conformari huic saeculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quae sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta.“ (ad Rom. XII, 2.) Studete vocationi vestrae et salutem populi ad instar pupillae oculi vestri custodite. Mementote semper illius judicii extremi, in quo vel minutissima opera, justus judex ponderaturus et sanguinem animarum de manu vestra requisiturus est. „Videte, quomodo caute ambuletis, (ad Ephes. V, 15.) redimentes tempus in omni opere bono, quod Deus dignatur operari in vobis. De cetero, quaecunque sunt vera, quaecunque pudica, quaecunque justa, quaecunque sancta, quaecunque amabilia, quaecunquae bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate; (ad Philip. IV. 8.) haec agite et factis probate,“ Deus de coelo dabit vobis virtutem et benedictionem.

Dabamus Posnaniae in Palatio N. Archiep. d. 21. m. Januarii 1841. a.

**Martinus**, Archi-Episcopus.

(L. S.)

Ordinatio Congregationum Decanalium. Walkowski.

---

Zapowiadane w ostatnich czasach w pismach publicznych nabożeństwa żałobne za dusze poległych w miesiącu Lutym r. b. w Warszawie, odprawiane w licznych kościołach obydwóch Archidiecezyi Gnieźnieńskiéj i Poznańskiéj, ściągnęły po niektórych miejscach podejrzenie u Zwierzchności cywilnéj, jakoby uboczne cele polityczne wywoływały te religijne objawy. W zaufaniu, że tylko czysty duch religijny i miłość bliźnich, nieszczęśliwie poległych, jedyną były podnietą tychże nabożeństw, nie upatrywałem potrzeby kładzenia im jakowéj tamy, zwłaszcza, gdy w największéj ich części nie dopatrywałem niczego, coby nad zakres istotnych, tego rodzaju na rytuale opartych obrzędów, występowało. Kiedy w tém zostawałem przekonaniu, a samo pojęcie tego religijnego współczucia nie dopuszczało żadnéj obawy o dalsze jakowe, więcéj pod względem politycznéj dążności wydatne następstwa, doszła mnie na drodze urzędowéj wiadomość, jakoby po niektórych miejscach też nabożeństwa wywoływane były wpływem JJ. XX. Dziekanów, a oraz, jakoby z ich obrzędem łączono objawy bardziéj ku celom politycznym, aniżeli ku ratunkowi dusz poległych dążyć mające. Czyli — i o ile — te pojęcia rzeczy i oparte na nich przypuszczenia, na zupełną zasługują wiarę, osądzić tego nie mogę; muszę atoli przedewszystkiém wyznać, że zarzut, tyczący się samych JJ. XX. Dziekanów, na wywoływanie tychże nabożeństw, lub jakowego wyższego wpływu na nich samych, jest, o ile mi do téj chwili wiadomo, i jak akta Ordynaryatu poświadczają, bez żadnéj zupełnie podstawy. Dochodzenie zaś drugiego domysłu o dążnościach politycznych, łączonych z tego rodzaju nabożeństwami, przechodzi zakres mego duchownego posłannictwa i powołania w kościele Bożym, powołania, mającego za cel szerzenie i wzniesienie Chrystusowego na tym świecie królestwa, i dla tego pozostawić je tylko mogę Władzom właściwym, w których ręku złożył Bóg czasowe losy narodów, i których uczynił odpowiedzialnemi pod względem doczesnego dobra ich poddanych. W tém stanowisku, różném pod względem celów od Władz cywilnych, wspólném zaś pod względem zastrzeżonego przepisami kościoła związku czyli zgody pomiędzy kościołem a rządem cywilnym, upatruję rękojmią teraźniejszéj i przyszłéj swobody wiernych Chrystusowych, a mocną, niezachwianą wiarę i ufność w Opatrzności, uważam za podstawę i środek prawych i zgodnych z dobrém Religii dążności.

W tém zapatrywaniu się na stanowisko świętego kościoła naszego nie mogę, jak tylko polecić Prześwietnemu Konsystorzowi, aby nie kładąc przeszkód tego rodzaju nabożeństwom, gdziekolwiek zachodzi pewność, że czyste tylko pobudki i uczucia religijne je wywołują, i nie masz powodu do podejrzenia o uboczne i niezgodne z świętością kościoła i religijnego obrzędu zamiary, ostrzegł przecież zarazem podrzędne Duchowieństwo pod odpowiedzialnością, aby, trzymając się jak najściśléj przepisów Rytuału, nie dopuszczało przytém żadnych objawów politycznych dążności, będących zdolnemi wywołać jakowe niepraktykowane dotąd w domach Bożych nowości, lub niespokojne zajścia pomiędzy przytomnymi, lub téż uwłaczać w czémkolwiek ustawom Władzy policyjnéj.

O dopełnieniu tego polecenia oczekiwać będę sprawozdania za 3 tygodnie.

Poznań dnia 25. Kwietnia 1861.

*Arcybiskup Gnieźnieński i Poznański.*

Do (podp.) X. Przyłuski.

Prześwietnego Konsystorza Jeneralnego

765. D. P. w miejscu.

Odpis powyższego wysokiego rozporządzenia udziela Konsystorz J. X. Rządzcy kościoła dla wiadomości i ścisłego zastósowania się.

Poznań dnia 30. Kwietnia 1861.

*Konsystorz Jeneralny Arcybiskupi.*

Okólnik. X. Polczyński.

Nr. 721/4.

---

## DIECEZYA CHEŁMIŃSKA.

Noveritis, Filii delectissimi, piam societatem, cui ab aurea Corona nomen, Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae ortum habuisse anno milesimo octingentesimo quinquagesimo secundo ac brevi tempore longe lateque per totum Orbem diffusam esse. Etiam Vosmet ipsos pleno numero huic Coronae esse consociatos, pro eo quo fungimur munere vehementer gaudemus quum nihil nobis jucundius et exoptatius possit evenire quam Confratres et Filios sub auspiciis Immaculatae Virginis collocare et in tantis necessitatibus ac periculis de die in diem ingravescentibus Sanctissimam Dei matrem habeant Patronam et Tutelarem. Quum vero non omnes Sacerdotes ob missarum onera vel ob alias causas possint participes fieri hujus societatis gratissimae: id ceptum est consilii, ut firma primaeva Institutione reliqui sacerdotes quantum in ipsis est, aliquo saltem missarum numero valeant huic saluberrimo operi sese associare.

Quapropter auctoritate et nomine Emmentissimi hujus Societatis Praesidis, Cardinalis Constantini Patrizi Sanctissimi Domini Nostri Papae IX. Vicarii Generalis, Vos maximopere exhortamur ut si nequeatis praefatae Aureae Coronae Vos adscribere, velitis tamen ad intentionem hujus societatis tres aut duas, aut unam saltem missam ad libitum infra annum, celebrare, neque hoc tenuissimum munus Vos pigeat: pientissima enim Virgo Immaculata Vos in suam clientelam accipiet, peculiaribus gratiis locupletabitur et juxta cujuscunque meritum copiosam reddet retributionem. Et quo fiant in hisce votis obsequendis alacriores, Sanctitas Sua rescripto die decimae octavae Junii a 1859. concessit cuique sacerdoti ut supra celebranti Plenariam Indulgentiam semel in mense lucrandam. Invitamus igitur et hortamur Vos quorum exemplo christianus populus ad venerationem, pietatem sinceram, cultum singularem erga Virginem Immaculatam praestandam ac fovendum induci debet, ad haec sacra celebranda. Etenim praesenti temporum injuria nihil poterit opportunius, nihil jucundius, nihil securius, quam ad potentissimum Dei Genitricis praesidium confugere: siquidem purissima Virgo materno affectu et peculiari auxilio non desinet suos tegere et tueri cultores qui inter cetera atque admiranda Ejus privilegia Immaculatam Ipsius Conceptionem, tantopere Ei gratam, venerari et celebrare gloriantur.

Datum Pelplini in Aedibus Nostr. Ep. die 27. m. Febr. 1861.

**Episcopus Culmensis.**

---

## ARCHIDIECEZYA LWOWSKA.

### Adres Duchowieństwa Archidiecezyi Lwowskiéj do Unitów na Bułgarach.

Eminentissimo ac Reverendissimo in Christo Patri et Domino Patriarchae totique genti Bulgarorum cum sancta Romano-catholica Ecclesia recenter unitorum. — Archiepiscopi Leopoliensis ritus latini et armeni nec non Episcopi Tarnoviensis et Premisliensis latini ritus

*Salutem et charitatem fraternam in Domino!*

Vix edicere possumus quanto gaudio repleta sint corda nostra accepta notitia praeclaram Bulgarorum gentem erroribus schismaticis repudiatis ad pristinam cum sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum Matre et magistra unionem rediisse, Romanoque Pontifici. beati Petri Apostolorum principis Successori atque Domini nostri Jesu Christi hic in terris Vicario, catholicae fidei et obedientiae exhibuisse litteras. Gratias agimus Patri misericordiarum et Deo totius consolationis, quod Ecclesiam suam tantis tempore isto miserrimo pressuris exagitatam tam insigni gratiae suae documento consolari atque paternum cor Sanctissimi Domini nostri Pii IX. Papae adeo acerbis doloribus nunc divexatum benigniter refocillare et recreare dignatus sit. Gratias agimus Domino, quod Vobis ad portum salutis viam monstraverit. ad eamq. forti animo amplectendam sanctaeq. Unionis opus perficiendum cor magnum dederit. — Et si integra quam late patet Ecclesia catholica lactabunda exultat de reditu vestro, eo magis gentes vobis cognatae e magna Slavorum familia, quarum plurimae a Sanctis Cyrillo et Methodio, Apostolis vestris, fidei lumen receperunt, omnes vero speciali cultu illos qua patronos suos prosequuntur, singularem prae ceteris gaudii nactae sunt occasionem. —

Hos inter tam nos ipsi quam etiam curae nostrae comissi fideles natione Poloni in regno Galiciae imperio Austriae existentes numeramur ac proinde duplici nos vinculo, fidei scilicet et nationis vobiscum nunc jungi gloriamur.

Praesentes itaq. scribimus vobis communionis litteras, gratulantes vobis de feliciter consummato Unionis opere, atque uberem a Patre coelesti benedictionem et perseverantiae gratiam vobis apprecamur; non cessamus porro orare ad Dominum, ut et his e vestra gente, qui nondum ad ovile unius pastoris redierunt, ad sectanda vestigia vestra imitandumque tam praeclarum exemplum gratiam impertiatur.

Quum deniq. non lateat nos ad firmandum, augendum ac stabiliendum opus a vobis perfectum etiam temporali vos auxilio indigere, hinc pro modulo virium nostrarum Vos adjuvare paratos nos declaramus et fideles Dioecesium nostrarum ad conferenda subsidia pariter invitamus. Commendantes tam Eminentiam Vestram Reverendissimam, quam omnes Catholicos Bulgaros gratiae et misericordiae D. n. Jesu Christi atpue vicissim nosmet ipsos et fideles curae nostrae comissos piis vestris precibus atque fraternis affectibus cum singulari observantia ac venerationis cultu perseveramus Eminentiae Reverendissimae Vestrae addictissimi in Christo fratres.

Dedimus Leopoli in Metropolitana urbe regni Galiciae in imperio Austriae die 25. Aprilis 1861.

---

**Franciszek Xawery Wierzchleyski,**
Z Bożéj i Stolicy Apostolskiéj Łaski Arcybiskup i Metropolita Lwowski, Obrządku Łacińskiego,

**Józef Alojzy Pukalski,**
Z Bożéj i Stolicy Apostolskiéj Łaski Biskup Tarnowski, Kommandor Orderu Franciszka Józefa,

**Adam Jasiński,**
Z Bożéj i Stolicy Apostolskiéj Łaski Biskup Przemyski, Obrządku Łacińskiego.

---

*Wielebnemu Duchowieństwu i Wszystkim Wiernym Swych Diecezyi, pozdrowienie i błogosławieństwo w Panu!*

Wśród ciężkich utrapień, jakie z niedościgłych wyroków Opatrzności, nawiedzają teraz cały kościół, święty katolicki i smutkiem napełniają ojcowskie serce Ojca Ś. Piusa IX. i wszystkich wiernych, Bóg w miłosierdziu swojém nieprzebraném, raczył jawnie okazać nieustającą Swą nad kościołem Swoim opiekę, i niewymowną pociechą pokrzepić stroskane umysły.

Znaczna bowiem część pierwotnie katolickiego, lecz późniéj w odszczepieństwo popadłego Narodu Bułgarskiego, wielkiém sercem powzięła, i mężnie wykonała zamiar powrócenia na łono S. kościoła katolickiego.

Nie zważając na liczne trudności i przeszkody, jakie zwyciężyć, na straty, które ponieść musieli, poszli oni za głosem Pana, wzywającego ich do Swéj owczarni — odprzysięgli się błędów Schizmy, przyjęli unią z Świętym Rzymskim Kościołem i ochotnie powrócili do posłuszeństwa ku Następcy S. Piotra Apostoła, i Zastępcy Chrystusa Pana na ziemi, a powszechnemu Ojcu naszemu Papieżowi Piusowi IX.

A jeżeli cały kościół katolicki raduje się, i dzięki składa Panu, że zbłąkanym Braciom światło prawdziwéj wiary ukazał, toć szczególnie narody słowiańskie, a mianowicie my, mamy osobliwy powód radości z nawrócenia narodu pobratymczego, z którym teraz podwójny węzeł, wiary i pochodzenia, nas łączy — a to tém więcéj, ile, że ważne i święte to dzieło za czynném współdziałaniem rodaków naszych szczęśliwie dokonaném zostało.

Dziwne zaiste, i niezbadane są sądy Boże, a miłosierdzie jego bez miary. Właśnie teraz, kiedy kościół święty najcięższe odbiera rany z rąk własnych swych dzieci, których ta Święta Matka mlekiém swém wykarmiła i wypielęgnowała, w czasie, w którym ludzie nazywający się katolikami, najsrożéj ranią serce wspólnego Ojca naszego, Piusa IX. — naród, zostający dotąd w ciemnościach i cieniach śmierci, tłumnie bieży i wprasza się na łono téj Matki shańbionéj od swoich, opuszczonéj od możnych, pokrzywdzonéj od własnych dzieci, jakoby dla nagrodzenia tych krzywd, jakoby na dowód, że opatrzność nie przestaje czuwać nad kościołem swoim wtedy nawet, kiedy ciężkie nań dopuszcza doświadczenia, — jakoby na pokrzepienie zwątpionych umysłów — jakoby na ożywienie przekonania, że chociaż burze i wiatry łódką Piotrową miotają, jednak sternik jéj boski czuwa, i zatonąć nie dozwoli.

I jeżeli podziwiamy onego dobrego łotra, który na krzyżu przybitego Chrystusa Pana, opuszczonego od własnych swych uczniów, zhańbionego i umęczonego, wyznał swym Bogiem — toć zaprawdę sławić i podziwiać nam należy wyznanie tych braci naszych, którzy wyznali kościół Matką swoją, wtedy, kiedy blask jéj świetności przed światem zamglony, kiedy kościół poniżony, strapiony, i w ciężkim ucisku jest pogrążony.

Dzięki więc czyńmy, Najmilsi, Panu, który zbłąkanych braci naszych na powrót sprowadził do Swéj owczarni, dzięki czyńmy, że Ojca S. i nas wszystkich tak pocieszył, a wiarę i ufność w opiekę swoją tak dziwnym sposobem pokrzepił i orzeźwił. Módlmy się także, aby im Pan dał łaskę stałości i wytrwałości, a hojnie im wynagradzał ofiary, tak mężném sercem poniesione — tym zaś, którzy jeszcze w błędach Schizmy uwikłani pozostali, podobnąż łaskę nawrócenia miłościwie wyświadczyć raczył.

Lecz nie zapominajmy także i na to, Najmilsi, że naród bułgarski jest ubogi, i pod rządem Mahometańskim zostaje — pomnijmy, że bracia nasi, którzy na łono kościoła powrócili, znaczne też straty ponieśli — że zostają jeszcze bez własnych kościołów, bez narzędzi liturgicznych, bez sprzętów kościelnych, słowem bez rzeczy, do odprawiania nabożeństwa potrzebnych. Ojciec Ś. Pius IX, jakkolwiek teraz ogołocony z dochodów, które przedtém wpływały z krajów teraz Mu wydartych, jakkolwiek sam ofiarami od wiernych zasilany, i pozbawiony możności niesienia im pomocy z taką hojnością, z jaką by wspaniałe i ojcowskie serce Jego pragnęło, sam ubogi, im ubogim przesłał zasiłek pieniężny. W innych krajach katolickich wierni spieszą z datkami. — Podajmyż i my bratnią im rękę, ofiarujmy pomoc, na jaką nas stanie — a składając datki według sił naszych, okażmy czynem, że ich całém sercem miłujemy w Chrystusie Panu jako współbraci naszych. Temi uczuciami powodowani postanowiliśmy i polecamy co następuje:

1. W pierwszą Niedzielę lub Święto po odebraniu niniejszego pisma, Wielebni Xięża Plebani i Rządzcy kościołów, odczytają je wiernym z ambon, i zapowiedzą dziękczynne nabożeństwo, a oraz i składkę w następną Niedzielę lub Święto odbyć się mające.

2. W Niedzielę lub Święto tak zapowiedziane, odprawi się Summa z wystawieniem Przenajświętszego Sakramentu w Monstrancyi, z dodaniem we Mszy Św. kollekty *in gratiarum actionem*.

Po Mszy zaś i po Suplikacyach odśpiewa się *Te Deum*, z dodaniem wierszu: „*Benedicamus Patrem et Filium*" i modlitwy „*Deus cujus misericordiae non est numerus*."

Prócz tego, po stósownéj przemowie zajmą się WW. XX. Rządzcy kościołów zbieraniem składek w kościele — którą potém przez swych XX. Dziekanów odeszlą do właściwych Konsystorzów — z kąd na miejsce przeznaczenia odesłane zostaną.

Łaska i Błogosławieństwo Pana naszego Jezusa Chrystusa niech będzie z Wami Wszystkiemi. Amen.

Dan we Lwowie, w dzień Ś. Marka Ewanielisty 25. Kwietnia 1861.

**FRANCISZEK KSAWERY**, Arcybiskup Lwowski. m. p.
**JÓZEF ALOJZY**, Biskup Tarnowski. m. p.
**ADAM**, Biskup Przemyski. m. p.

## DIECEZYA TARNOWSKA.

Nr. 761.

*Specificatio Personarum aut Parochiarum ad varios pios scopos contribuentium commendatur.*

Hisce Nostrum patefacimus desiderium, quatenus Perillustres Decani in posterum, in Consignationibus suis non solummodo quotas in Decanatu pro aliquo pio scopo collectas exhibeant, verum et Personas, Parochias cum appositione resp. quotae nominent, ut excellentibus in misericordiae virtute laus condigna non solum attribuatur, verum et Ipsimet de quotis subministratis convictionem capiant desideratam. E ses. 9. Mart. 1861.

Nr. 762. *Consignatio functionum ss. non amplius substernenda.*

Scientes, Ven. Clerum multifariis scriptitationibus, aut aliis laboribus spiritualibus oneratum esse, cupientesque ejusmodi scriptitationes, ut sunt consignationes functionum sacrarum ibi, ubi unus tantum sacerdos, in vinea Christi cunctas sibi incumbentes labores spirituales consummare adigitur, minuere, Tabellam functionum sacrarum, quae A. 1836. ad N. 1479 ordinata post finem Decembris hucusque Nobis pro trutinatione anteponebatur, tenore praesentium abrogamus pro futuro attamen ARRi Decani hisce obstringuntur, ut sub Visitatione Sua annua ibi, ubi plures constituti sunt in vinea Christi operarii, convictionem de functionum ss. inter eosdem dispartitione capere satagant; nec non de statu rei in Operato Visitationis sincere referre haud intermittant.

Amodo functiones ss. tantum modo in *libro vitae* sint inscriptae.

Meminerint animarum Curatores, se tum penes Institutionem canonicam tum sub Installatione onus animarum cum omni responsabilitate suscepisse, adeoq. etsi Cooperatore hi illive provisi conspiciuntur, onus praedicationis, confessionis, aegrotorum provisionis unice in humeros hujus devolvere verebuntur. Ipsissimi Parochi utique immediate ad curam animarum constituti, in cura ovicularum jam exercitati et praxi uberiori donati supponuntur, quare ne *gratia* haec *vacua* ipsis inhaereat, ob *beneficium* trahant quoque *officium* ita, ut in *judicio extremo* de eo respondere valeant. Claris hoc verbis inculcat Installator: „Constituens te Rectorem ejus (Ecclesiae) ac curam animarum illius tibi committens, quam ita administrabis in animam tuam, ut in die judicii rationem administrationis tuae reddere valeas."

Quodsi alicubi Rector Ecclesiae ob senium, infirmitatem aut labores &c. majorem officiorum partem, aut onus totum Cooperatori committere cogeretur, stimulo gratitudinis, aequitatis ac justitiae ductus largiori manu eidem obventiones cedet multiplices, qui largitate exhilaratus tum Praepositum condigne celebrabit encomio, tum majori zelo cursitabit ad labores spirituales &c.

Tarnoviae 9. Mart. 1861.

Nr. 796.

*Missa de S. Tito et S. Isidoro agricola simulq. Offiicium de posteriori mittitur.*

Consecuti Romae privilegium, Missam et Officium de *S. Isidoro* agricola heic inter agricolas celebrandi ac suffragia tanti Sancti pro benedictione divina in agricultura duplici consequendi, quoniam Missa propria ad Officium de Eodem in Missalibus et Breviariis desideratur; quoniam et pro S. Tito Oratio tantum et Officium alias Ven. Clero traditum est, Missaq. variis in Missalis locis colligenda restat: operae practium esse duximus, Missam de ambobus Coelitibus et Officium solummodum de S. Isidoro heic prelo tradere et incussum cum Currenda V. a. c. ad Dioecesim emittere, et quidem tot exemplaria pro qualibet Ecclesia, quoquot Presbyteri penes eandem sunt applicati; provocando, ut RR. Cooperatores exemplar Missae tradant Ecclesiae, cujus Altari deserviunt, addendoq. hoc, quod si aliqua Ecclesia pluribus Missae &c. indigeret exemplaribus, pro iis impetrandis ad Nos recurrendi via patet. Exemplaria haec suis in locis ad Missale et Breviarum agglutinentur.

Vix monendum esse reputamus, ut pro fideli populo dies hujus Patroni ruricolarum praevie e suggestu publicetur, agricolaeque ad audiendam Missam etc. invitentur ex motivis apertis.

Tarnoviae 12. Mart. 1861.

VI. Nos

**Josephus Aloysius Pukalski**
Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Tarnoviensis
Commendator Ordinis c. r. Austr. Francisci Josephi,
Praeses Commiss. pauperum Tarnoviae.....
Membrum variarium Societatum....

*Universo Venerabili Clero salutem et benedictionem in Christo Jesu Domino Nostro!*

Neminem latet Suam C. R. Sacratissimam Majestatam Imperatorem nostrum Franciscum Josephum I. sub 20. Octobris 1860 1860 Manifestum ceu Diploma magnum benignissime motu proprio nobis largitum, vi cujus, subsecutis Statutis pro nostro Regno Galiciae, qua corrollariis dicti diplomatis de 26. Febr. 1861 patriotismo et amori filiali nostro plura officia muneraque ad salutem tam Imperii quam Regni promovendam concreduntur.

Obtento diplomate ceu Charta ut ita dicamus Magna nobis largita, Imperium Austriae intrat in familiam Civitatum ceu Regnorum sub Constitutione positorum.

Etsi Manifestum, Statutaque Imperii et Regni cum condigno enthusiasmo a nostris incolis non fuit salutatum, exinde provenit, quod populus tam ex opinione praejudicata et modica ignorantia, quam et ex experientia annorum elapsorum suspicatur, manifestum Imperatori nostro a potentia quadam inimica fuisse extortum, imo notum quod populus noster tardus ad persvadendum, et quod primum secundum effectum speratum judicat, expeditque saepius, ut ad bonum adigatur, postmodum autem, facta ante oculos posita collaudando agnoscit, quod sint praestantia.

Cultior autem pars, ex hisce dictis statutis minus contenta ea de causa, quod in iis, non omni ex asse desideriis, expectationibusq. singulorum individuorum satisfactum et quod et plura genio aevi accommodata desiderentur, et sic autumnat pars dicta, se fuisse in speratis sperandis illusam.

Hi perpendant, quod in fundamento ab Imperante posito, extructio ulterior partim in congregationibus Regni nostri, praecipue autem in comitiis Imperii continuanda, adeoque via legali perficiantur ea, quae pro defectuosis habentur, nec impedit, quin sensa quisque sua pandat, aut desideria adaperiat ulterius elaberanda.

Illi autem i. e. minus culti, sciant, sintque persvasi, Summum Imperantem nil aliud quam illorum intendere salutem, velleque ex ipso populo rescire et audire, quae in illorum votis sint ad promovendum bonum Reipublicae, illorumque existentiae, sint itaque persvasi Suam C. R. Majestatem nil aliud intendere, quam ut omnes curae Illius concrediti terrena ita possideant ne amittant coelestia.

Adeoque obediendum potestati a Deo constitutae, et si eligi jubentur nuncii ad congregationes comitia provinciae aut imperii, eligantur.

Quaeritur autem, quis eligendus? Cum tota rei ductio C. R. Officiis politicis commissa, et A. R. Clerus nullum mandatum quoad vocationem suam habeat sese immiscendi rebus saecularibus, hinc restringenda hujus activitatis provincia ad consilium individuis hocce optantibus dandum. A. R. Clerus maneat semper in limitibus, sana mente dictatis, ne authoritati sacerdotali quidquam derogetur — adeoque agitationes — vitandae.

Svadendum itaque data occasione populo:

1. Ne eligatur Deputatus cognitionem rei, de qua tractandum nullam habens. Hic autem minime rejiciendus, qui licet non excellit in humanae sapientiae verbis aut multiloquio, sed rem de qua tractatur acu tangit.

2. Ne eligatur talis, qui adversarius est religionis catholicae, aut quoad moralitatem suspectus petulans, negae.

3. ille numero Deputatorum adscribatur qui aut apertus aut occultus inimicus est regiminis Summi Imperantis.

4. Nec eligatur sic dictus Cosmopolita, qui hodie hic, cras illic doctrinas suas spargit, secuto autem infortunio fugae se mandat.

5. Viri qui nil possident, super humeris autem vestris ascensum, promotionem munera, dignitates cupiant; non sunt commendandi, ut eligantur pro fine dicto.

6. Nec illi vocandi, qui naufragium propria ex causa fortunae suae passi, tandem qui nullo officio adstricti, nullamque exercent vocationem, verbo homines insertes et desidiosi, aut qui nugatores sunt.

Illi autem commendandi quorum titulus aut sententia sonat: Timor Dei, amor erga Imperantem, zelus jurium defendendorum, gloria et salus potentis Imperii et Regni nostri; qui patriotismo elati non quaerunt quae sua, sed praeferunt quae Dei et boni publici sunt, — qui qua justi et recti habentur, bonae sunt famae et parati nobiscum et bona et ferre infortunia, Ecclesiae rom. cath. addicti, verbo viri secundum cor Dei.

Haec pro directione quoad electionem Deputatorum.

Deputati autem eligent nuncios ad congregationes provinciae, nuncii autem illos, qui ad comitia Imperii mittendi.

Hinc pro electis Deputatis, quorum inter et nonullos e Clero speramus, labor est magnus et multi sudoris ast condignus vocationi sacerdotali — ne adversariis religionis et reipublicae castra cedantur.

In tali casu energia in quantum et quousque ratio dictat non absre esset pro gloria Domini et bono reipublicae vires offerre. Sapienti pauca!

Cum autem omnia in manu Dei sunt, et nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui aedifi ant eam Psalm. 126, hinc hisce Venerabilis Clerus salutatur, ut pro felici successu et eventu comitiorum tam provinciae quam Imperii, die proximo Dominico non impedito post Pascha obtentis hisce litteris, ante Missam majorem intonet. „Veni Creator“ coram exposito SS. Sacramento in ipso autem Missae Sacrificio caeteris orationibus de lege, nectet illam de Spiritu S. et pro Imperatore consvetas. Collecta autem modo attacta de Spiritu S. quotidie ad finem usque comitiorum penes Missae Sacrificium sumenda, suspensa illa pro Papa, ast finitis comitiis iterum reassumenda.

Pax et benedictio sit cum omnibus vobis, Amen.

*A Praesidio Episcopale.*

Tarnovia, die 11. Martii 1861.

**Josephus Aloysius,**

Episcopus Tarnoviensis.

Nr. 776.

*Expensae in Ecclesiae indigentias e peculio ejusdem ecclesiae, aut a parochianis aut Patronis in posterum ferendae sunt.*

Vigore alti Decreti C. R. Ministerii Cultus et studiorum de 22. Dec. 1860. N. 18416/4995 publicati nunc ab Exc. C. R. Locumtenentia Leopol. Rescripto de 24. Feb. 1861. N. 69502 variae in medium proferuntur dilucidationes intuitu calculationis redituum beneficiorum aut ecclesiarum, nec non Ordinationes quoad expensas pro ecclesiae indigentiis. Ultimo sub respectu inter alia statuitur, ut

a) expensae ejusmodi e peculio ecclesiae, ubi hocce a reditibus beneficii separatum est, sopiantur, non vero e reditibus beneficii, qui pro sustentatione beneficiati destinati sint oportet.

b) expensae tales ferantur ab illis, qui juxta Canones ad eas portandas obligantur, utpote a Patronis et Communitatibus seu Parochianis.

c) Si alicubi ad sufferendas has expensas additamentum e fundo religionis est assignatum, hoc cum beneficiati mutatione cesset, atque ceu onus in Patronum aut Parochianos cadat. Sed hic venit distinquendum, utrum Patronus sit *fundus religionis* an *privatus*. Si Esia ad patronatum Fundi religionis spectat, tunc fundus hic eo in casu feret expensas toties attactas, si parochiani iis sufferrendis impares fuerint inventi. Quodsi Ecclesiae Patronus fuerit *privatus*, ipsemet ad sopiendas ejusmodi expensas invitetur; quodsi renuerit, parochiani eum supplere jubentur.

d) Si ergo propositio ob tale additamentum ad Exc. Regimen facta fuerit, ast nedum Resolutio subsecuta sit; aut si Beneficiatus morte, aut translatione etc. a tali discesserit Ecclesia, quae pauschale 50 Rh. C. M. ubi unus constitutus fuerit Sacerdos; aut 60 fl. C. M. ubi duo etc. e fundo religionis gaudebat..... Perillustres Decani tenore hujus Alti Rescripti obligantur ad deferendos *illico* ejusmodi casus Inc. C. R. Officio Circulari, quod cum Patrono aut Parochianis tractabit de exquirendo quanto pro Ecclesiae indigentiis necessario.

Post haec 1. commemorandas esse censemus Provocationes Nostras pluries jam ad Venerabilem Clerum emissas, quatenus peculium ecclesiae formare inchoarent e reditibus Ecclesiae seu ejus accidentiis.

2. Reflectendum, quodsi juxta anteriorem reinventationis calculum 50 aut 60 Rh. C. M. ad Congruam deficerent, amplius non possunt e fundo relig impetrari ceu additamentum, quia talis quota e reditibus beneficii et Ecclesiae defalcabitur, pro indigentiis Ecclesiae computata in buch. Inventario.

Altum Locumtenentiale Decretum singula uberius deducens, ita verbotenus sonat:

L. 69502. Z powodu osobnego przypadku, dotyczącego żądania dodatku uzupełniającego kongruę, wysokie ministeryum spraw duchownych i oświecenia ukazem z dnia 22. Grudn. r. z. L. 18416/4995 rozporządziło, że przy *wykryciu dotacyi, pensyi, uzupełnień kongruy i wspomóżek plebanów galicyjskich, z uwzględnieniem* istniejących w téj mierze przepisów, następujące prawidła obowięzują:

„W przypuszczeniu, że *prebenda od majątku kościelnego jest oddzielona*, żądać nie można od beneficyaryusza, aby z dochodów prebendy, do jego utrzymania wyraźnie przeznaczonych, *do potrzeb kościelnych* należące *wydatki* podejmował.“ —

„Pokrycie tych wydatków należy do tych, którzy są prawnie zobowiązani, przy niedostateczności majątku kościelnego, to, na czém zbywa, dodawać.“ —

„Można zazwyczaj przyjąć, że gminy parochialne, jeśli im na godném sprawowaniu służby Bożéj zależy, okażą się gotowemi, w takim razie *ubytek majątku kościelnego* zastąpić, zwłaszcza, iż brakujące sumy (52 fl. 50 kr. w. a. przy kościołach łac., 34 fl. 10 kr. w. a. przy kościołach gr. obrządku) nie dochodzą téj wysokości, iżby parochianie na ich spłacenie zdobyć się nie mogli.“

„W rzadkich wyjątkowych przypadkach, gdzie rzeczone sumy przez *parochian* w żaden sposób nie mogą być wypłacone, nie pozostaje stósownie do praw istniejących nic innego, jak zwrócić się do patrona kościoła.“

„Wedle tego *fundusz religijny* wtenczas tylko do spłacenia sum na opędzenie potrzeb kościelnych przeznaczonym być może, gdy idzie o kościoły podległe *patronatowi* tego funduszu. a *parochianie* potrzeb takich kościołów żadnym sposobem *dostarczyć* nie mogą.“

„Daléj ani dekretem gubernialnym z dn. 15. Maja 1821. L. 20726 i wraz z nim wydanym formularzem do przyjmowania inwentarzy duchownych, ani ogłoszoném przez ukaz gubernialny z dn. 12. Grudnia 1841. L. 77837 rozporządzeniem kancelaryi nadwornéj z dn. 26. Października 1841. L. 15882 nie uznano za rzecz możliwą, aby w inwentarzach owych prebend, do których ani posiadłości, dobra, folwarki, ani do zarządzania zdatne grunta nie należą, z dochodu brutto przeznaczone *percenty* jako *nakłady królewskie* między ciężary beneficyalne miały być policzone.“

„Również nie był *dozwolony* w odnośnych przepisach taki *obrachunek percentów* z dochodu brutto kościoła i parochii.“

„Dotąd zachowywane postępowanie, które także plebanom, co nie mają żadnego gospodarstwa, policzenie nakładów królewskich i potrącenie takich nakładów z dochodów brutto kościoła i parochii dozwalało, było nieprawne, i nie może być nadal zastósowaném w przypadkach, gdzie jeszcze wydane do przyjmowania inwentarzy beneficyalnych wskazówki, przy nowych, sprawę funduszu religijnego poruszających decyzyach zastósowane być mają; raczéj na to zważać należy, aby w tym względzie wskazówka rozporządzenia kancelaryi nadwornéj z dn. 26. Października 1841. L. 15882 o policzeniu nakładów czasowych wedle dosłownego swojego brzmienia za prawidło była uważaną.“

„Co do wykonania wskazanych prawideł tego obecnie trzymać się należy, że uzupełnienia kongruy, które pro praeterito na podstawie zaszłego w nowszym dopiero czasie finalizowania likwidacyi dochodu beneficyalnego *prawnie się orzekają*, a tak, albo wcale jeszcze dotychczas nie *assygnowaną* należność, albo podwyższenie dotąd assygnowanéj w sobie zawierają, z uwzględnieniem zasad, mających wartość podczas rozmaitych uzupełnieniem kongruy pro praeterito opatrzonych prebend użytkowania, i to z właściwém ich zastósowaniem, jako też według zachodzących wypadków, które na zmiany w dochodach beneficyalnych trwale wpłynęły, mają być liczbowane, i że następnie rozważyć należy, jak wysoko odpadające na każdy period uzupełnienie samo w sobie albo o ile wyżéj w porównaniu z otrzymanemi dotychczas uzupełnieniami wypada.“

„*Uwolnienie funduszu religijnego* od obciążenia przyznanych mu już pokryć ubytku kościołów patronatu prywatnego, winno być ułożone w jak najprostszy i *najłagodniejszy* sposób z rozważeniem okoliczności i wszechstronnych interesów albo przez poprawienie wskazanych już należności, albo przez udzielenie stósownego wynagrodzenia ze strony tych, którzy wedle praw kanonicznych do pokrycia ubytków kościelnych są powołani, i to zazwyczaj dopiero przy zachodzącéj *zmianie w osobie* owego plebana, na korzyść którego z uwagi na odkryte ubytki kościelne uzupełnienie kongruy było podwyższone, naprzeciw następcy, wpływając wszelkim sposobem na to, aby rzeczone *ubytki*, w razie, gdy *patronowie prywatni do ich pokrycia dobrowolnie* się poczuwać nie będą, przez gminy parochialne były nagrodzonemi, i od ciężarów patronatu kościelnego, których dotąd, lubo jedynie dla fałszywego rozumienia prawnych przepisów, nie ponosiły, także i nadal tém bardziéj oddzielonemi, że przyjąć można, iż nowe prawomocne rozporządzenia o obowiązkach patronatu przy udziale urzędów krajowych nastąpią."

„Także zdaje się rzeczą stósowną, aby w mowie będące prawidła nie na szkodę tych, którzy już są w *używaniu uzupełnienia kongruy*, dotacyi lub wsparcia, a tém samém nie w celu uszczuplenia owych korzyści funduszu religijnego, które po odtrąceniu wszystkich ubytków kościelnych jako rzeczywiste uzupełnienia kongruy poczytywać należy, *były zastósowane*, lecz aby ich zastósowanie tylko przy uzyskaniu nowych, albo powtórnie się assygnować mających tego rodzaju korzyści funduszu religijnego, i przy *zmianie osoby* w dotychczasowym stósunku uprawnionego plebana, do skutku przychodziło." —

O tém wysokiém rozporządzeniu ministeryalném uwiadamia się Prześwietny Konsystorz z tém żądaniem, aby *polecił dziekanom*, iżby w oznaczonych w ostatnim ustępie tego rozporządzenia przypadkach, przedmiot ten przed właściwym c. k. *urzędem powiatowym bezzwłocznie poruszyli*. Lwów dnia 24. Lutego 1861."

Haec cuncta pro notifia et directione.

Dabamus Tarnoviae 14. Mart. 1861.

Nr. 1012.

*Intactibilitas* (nienaruszalność) *rei alienae, fidelitas in administratione ejusmodi, in laboribus, comerciis, in reddendis debitis, conscientiosa restitutio, reintegratio .... saepe inculcanda.*

Tristis experientia docet, frequentes laesiones in hortis, campis, pratis, silvis, in administratione boni alieni .... perpatrari; defraudationes in laboribus per famulitium, per operarios, opifices, mercatores practicari, debita non exsolvi, processus injustos tractari, substantiam demortuorum spoliari etc. idcirco jam privatim jam publice (in plagellis) quaerimonias ob tantam aviditatem, inconscientiam, imo saepe crudelitatem .... in medium proferri.

Ingruente vere, ubi mox occasio erit ad varias sub divo injurias, oportunissimum censetur esse tempus, consurgendi contra ejusmodi nequitiam erga bona proximi, jam in ecclesia, jam in schola. Si favente gratia divina zelo venerabilis Cleri successerat exstirpare potationes tantopere calamitosas introducereve sobrietatem et idcirco feliciorem internum externumq. parochianorum statum, collocemus fiduciam in visceribus misericordiae divinae, pulsantes continuo ad thronum gratiae, ut *illuminare* dignetur *his* cunctis, *qui in tenebris* adhuc tantis *et in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes .... in viam pacis;* moveamus omnem lapidem in exstirpandis quoq. vitiis illis saeculo nostro indignissimis. Prout VII. Decalogi Praeceptum: *Non furaberis* .... continuo implicite dictat: Laborate omnes; manibus propriis victum et amictum, aliaque comparate; nec unquam vobis res alienas etiamsi minimas appropriate: ita ex alia parte res ablata aut reperta clamitat ad dominum suum .... et justissima illa S. Augustini nomine ecclesiae prolata sententia: *Non dimittitur peccatum donec restituatur ablatum* .... non cessat pulsare et quattere animos ad restitutionem rerum ablatarum aut inventarum, aut reparationem damnorum, defraudationum cujuscunque generis.

Inculcate prolibus, ne quid parentibus; incultate famulis, ne quid heris sine scitu eorum, aut de pecunia, aut de esculentis, frumentis, pomis .... auferant, eo minus extraneis ad eorum preces extradant; praecavete pastores, ne ob incuriam pecoris, quod custodiant diligenter, damnum proximis inferatur, aut ne quid in campis, pratis etc. alienent; opificibus propinate, ut manufacta solida producant .... nil sibi de acceptis retineant; sic mercantibus ulnas, pondera justa. pretiaq. aequa ad mentem revocate; operariis, famulis laborem conscientiosum commendate; administratoribus, curatoribus vigilantiam et fidelitatem .... agricolis in laboribus oeconomicis sedulitatem, omnibus charitatem erga proximum tum quoad vias publicas; quoad substantiam ejus sub incendio aut infortunio .... demandate .... Desudate quoq. in studio permovendi laesores boni alieni ad restitutionem, ad reparationem omnimodam .... per deprecationem, donationem, laborem, pecuniam, per se aut per confessarios etc. etc.

In hac muneris Vestri parte ne deficiatis, nixi monito Isaiae (58) „Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorum."

Sic laborantes Fratres in Christo Dilectissimi! maximam habebitis gratiam repositam apud Deum Patrem omnipotentem — quia inter nostrates mundi faciem renovabitis plurimisq. apperietis portam coelorum.

Dabamus Tarnoviae 11. Aprilis 1861.

Nr. 874.

*Norma intuitu competentiae quoad indagationem et punitionem deviationum Cleri Catholici .... statuitur.*

Exc. C. R. Locumtenentia Leopol. sub 28. Feb. a. c. N. 9011. communicat Nobis tenorem a. Decreti ab anteacto C. R. Ministerio Cultus ac Studior. de 4. Feb. a. c. Nr. 235/62 conditi, cujus vigore Subsellia civilia nonnisi ad indagationem et mulctationem transgressionum Legum civilium, quas sibi Clerus Catholicus indulgeret; nec non ad auxilium Potestati ecclesiasticae quoad executionem decretorum in aliquem Cleri praevaricantem a loci Ordinario latorum... si opus esset, ferendum.... authorisantur; e contra vero Praepositis ecclesiasticis relinguitur jus, exercendi jurisdictionem suam, quotiescumque sacerdos in functionibus ecclesiasticis, aut in munere suo spirituali aut contra quamcunque legem ecclesiasticam delinguit.

Idem valet quoad excessus in juribus stolae.

Pro uberiori notitia imprimendam curamus totam altae Locumtenentiae Dilucidationem, quae ita sonat:

„L. 9011. O poruszonéj zwyż *kompetencyi do śledztwa i ukarania* karygodnych postępków osób *duchownych*, które do kościoła katolickiego należą, uważało wysokie ministeryum spraw duchownych i oświecenia za rzecz stósowną, ukazem z dnia 4. b. m. L. 235/62 ogłosić, że w tym względzie wskazówki art. X. XI. XIV. i XVI. konkordatu wtedy służyć mają za modłę, które o wykonaniu tych wskazówek w piśmie p. ministra spraw duchownych i oświecenia do wszystkich arcybiskupów i biskupów katolickich z dnia 25. Stycznia 1856. L. 1371 i w załączoném doń piśmie ces. pełnomocnika dla ukończenia konkordatu do Pronuncyusza-Kardynała Viale z dnia 18. Sierpnia 1855. pod XIII. są zawarte."—

„Stósownie do tego należy na przyszłość i w Lwowskim obwodzie administracyjnym uważać, aby się *władze świeckie w miarę swego zakresu działania tylko śledztwem i karaniem wykroczeń przeciwko prawom cywilnym zajmowały*, których wspomniane osoby *się dopuściły*, gdy przeciwnie *przełożonym kościelnym* przystoi wykonywać swą jurisdykcyą karną, gdy takie osoby przy swych *duchownych czynnościach w czém przewiniły*, albo gdy połączonym z *kapłańskim* urzędem *powinnościom* uwłaczają, lub z jakiéjkolwiek bądź tylko na *prawie kościelném* się opierającéj przyczyny na karę zasługują." — „W ostatnim względzie władze polityczne wtenczas tylko są *poruszone*, gdzie ich skutecznéj *pomocy żądają*, aby wyroki, które biskup przeciwko niegodnym duchownym wydaje, były uskutecznione."

„Wyłożone właśnie prawidła, mają także być zastósowane ze względu na *przekroczenia iurium stolae i zdzierstwa*, jakich niektórzy katoliccy duchowni z powodu czynności kościelnych *się dopuszczają*. Władze *świeckie* w tym razie przy wstrzymaniu prawnéj kompetencyi tylko *wtenczas swój urząd* sprawować mogą, gdy się przy takich czynnościach *przekroczenie cywilnego* prawa okaże, lub urzędowa *pomoc* do wykonania biskupiego wyroku *zażąda*."

Te zlecenia ministeryalne zechce Prześwietny Konsystorz przyjąć do wiadomości i zastósowania w zachodzących przypadkach.

Lwów dnia 28. Lutego 1861.

Ex ocassione hujus publicatonis quaedam pro salutari reflexione adjicienda esse censemus: Jam a Deo omnipotente, jam ab Ecclesia Sancta, jam ab Alto Regimine ad varia deputati sumus. Plurima nostris humeris imposita sunt. Jam enucleatio legum moralium, jam earum observantia et invigilantia; jam observatio legum civilium et inculcatio aliis: jam jugis legibus ecclesiasticis obsecundatio; jam salus utriusque Reipublicae; jam accurata librorum matricalium gestio; jam conscientiosa devotionis publicae persolutio, et curae animarum administratio etc. etc. commissa sunt... aut nota bene: quod si unum alterumve tantorum officiorum negligimus, non solummodo coram Deo malorum vindice respondere debemus, verum Ecclesiae quoq. et Civitati competit jus, nos ad forum suum trahendi, et variis plectendi .... Quanta cum ignominia saepe ejusmodi animadversio conjuncta sit; quantum vulnus bonae Cleri totius famae infligat; quantam ipsimet praevaricatori acerbitatem paret.... quis ignorat? Ne quid simile eveniat, „Fratres, rogamus Vos" verbis D. Pauli 1. Thes. 4. „et obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis a nobis, quemodo Vos oporteat ambulare et placere Deo... sic et ambuletis, ut abundetis magis."... „Nemini dantes ullam offensionem (scandalum) ne vituperetur ministerium nostrum." 2. Cor. VI. 3. Tarnoviae 4. April 1861.

## DIECEZYA KUJAWSKO-KALISKA.

„Nr. 354. Michał Jan Marszewski, z Bożéj i Stolicy Apostolskiéj łaski, Biskup diecezyi kujawsko-kaliskiéj &. &. &. Wszystkim najmilszym naszym w Chrystusie diecezanom pozdrowienie w Panu i błogosławieństwo pasterskie.

W dniu 14. Marca r. b. wydaliśmy dwie odezwy do WJX. proboszczów i rządzców wszystkich kościołów diecezyi naszéj kujawsko-kaliskiéj, które zapewne już doszły do wiadomości waszéj, najmilsi bracia w Chrystusie.

W pierwszéj odezwie wezwaliśmy tychże XX. i rządzców kościołów, aby powodowani uczuciami chrześciańskiéj miłości jak my w kościele naszym katedralnym włocławskim z członkami pś. kapituły miejscowéj i niższém duchowieństwem, tak i oni wspólnie z zebranym ludem pobożnym swoich respective parafii z całą religijną uroczystością odprawiali nabożeństwo żałobne dla niesienia duchownéj pomocy duszom tych osób, które w wypadkach warszawskich w pamiętnym dla kraju naszego dniu 27. Lutego r. b. śmierć poniosły. Życzeniem naszém było i jest, aby pamięć tych ofiar przetrwała między nami, i aby przez modły i święte ofiary nasze zanoszone do Boga, otworzyć im bramę do wiecznego spoczynku w królestwie Bożém.

W drugiéj odezwie naszéj, poleciliśmy tymże WJX. proboszczom i rządzcom kościołów, aby i przykładem własnym i nauką jak najusilniéj starali się obudzać, rozkrzewić i ugruntować w sercach dzisiejszych chrześcian tego ducha jedności, miłości wzajemnéj i zgody braterskiéj, który od początku chrześciaństwa po wszystkie wieki zbawienne pożytki i błogosławieństwo boskie tak na pojedyńcze narody jak i na świat cały hojnie sprowadzał, którego nam prawodawca nasz Jezus Chrystus w świętéj swéj ewanielii tak stanowczo zalecał i który we wszystkich naszych sprawach do pożądanego celu jedynie nas doprowadzić i usiłowania nasze o dobro ukochanéj naszej ojczyzny błogim skutkiem uwieńczyć potrafi. Zwracaliśmy uwagę XX. i rządzców kościołów, aby w tych ważnych i stanowczych okolicznościach, w jakich kraj nasz obecnie znajduje się, w was szczególniéj włościanie, w was kochany ludu wiejski, rozbudzali i utrzymywali miłość, szacunek i zaufanie dla panów waszych, dla obywateli i właścicieli ziemskich, ostrzegając was nieustannie, iżbyście się nie dali zwodniczemi podszeptami, skądkolwiek pochodzącemi, uwodzić do nieuległości, nieposłuszeństwa, lub wprowadzenia rozdwojenia między wami i obywatelami ziemskiemi.

Spodziewamy się, że te odezwy nasze osiągnęły już i nadal osiągną te zbawienne cele, dla których przez nas wydane zostały. Mam nadzieję w Bogu, że kochane nasze duchowieństwo, wszyscy szanowni współpracownicy nasi, tym samym co i my, ich pasterz, ożywieni duchem, całą siłą moralną i całym wpływem swoim przyłożą się do rozpłomienienia w sercach waszych, najmilsi bracia w Chrystusie, tego ognia miłości braterskiéj, téj jedności wzajemnéj między obywatelami ziemskiemi i wami, który nam wszystkim w tym szczególniéj czasie koniecznie jest potrzebny.

Dziś, kochani diecezanie i najmilsi bracia w Chrystusie! pragnąłbym w niniejszéj odezwie osobiście do was przemówić, a mianowicie do ciebie pracowity nasz ludu wiejski, do was poczciwych włościan, w chwili zamierzonéj i uchwalonéj przez obywateli ziemskich i przez Towarzystwo Rólnicze w Królestwie naszém Polskiém przemiany stósunków waszych włościańskich, w chwili uwolnienia was od obowiązku odrabiania pańszczyzny, którą w wielu jeszcze miejscach dotąd odrabiacie. Dziś podnoszę do was mój głos pasterski, abym wam oznajmił tę błogą dla was nowinę, abym wam w imieniu kościoła świętego, w imieniu świętéj wiary naszéj powinszował tego wielkiego dobrodziejstwa, które obywatele ziemscy dla was z wiadomością i za przychyleniem się rządu uczynić postanowili, abym w was obudził miłość i serdeczną wdzięczność, która wasze i dzieci waszych serca w potomne wieki dla panów waszych ożywiać powinna.

Zaiste, nie jest to, kochani włościanie, rzeczą dla nas małą, że dziedzice i obywatele ziemscy chcą was od roboty pańszczyznianéj raz na zawsze uwolnić, oczynszować was i dobrowolnie ułożyć się z wami o stósowny z gruntu, który uprawiacie, czynsz wedle sumienia i ścisłéj słuszności. Wielką dla was pod tym względem czynią ofiarę panowie obywatele, wielkie poświęcenie, odstępując wam, z szczeréj życzliwości ku wam, części swojéj własności ziemskiéj za umówioną opłatę rocznego czynszu. Lecz nie dosyć na tém, obmyślają jeszcze dla was pożyczkę amortyzacyjną, która w przeciągu pewnych lat zupełnie zmazaną zostanie, abyście za pomocą takiéj pożyczki skup czynszu mogli dokonać i nareszcie do zupełnéj własności posiadanych gruntów przyszli. To jest w taki sposób: Jak pan z gromadą na czynsze ugodzą się, wtenczas każdy gospodarz będzie mógł podług swego czynszu osady wykupić na swoję własność, a ci gospodarze, co nie mają czém od razu zapłacić, dostaną na kredyt z kasy obywatelskiéj, ile będzie potrzeba na wykupienie osady, a potém tym samym czynszem, o jaki z dziedzicem ułoży się, całą pożyczkę zapłaci w lat kilkadziesiąt i zaraz zostanie właścicielem i wcale już czynszu płacić nie będzie.

Poznajcie, kochani włościanie, w tém dziele Opatrzność boską nad wami, poznajcie dobre zamiary i najlepsze chęci waszych panów, poznajcie ich starania i zabiegi, aby was uszczęśliwić, aby poczciwy kmiotek za swój trud i pracę został do śmierci spokojnym posiadaczem kawałka ziemi, aby dzieci jego nie zostały w nędzy i tułactwie sierotami, polegajcie we wszystkiém na waszych panach. Oni roztropnie i dobroczynnie o was radzą, oni o waszym losie myślą, tylko ich szanujcie i szczerze kochajcie.

A jeżeli źli ludzie będą chcieli osłabiać wasze zaufanie do panów waszych, jeżeli będą usiłowali wnieść jad trucizny pod ubogą strzechę waszą, jeżeli nędzni podżegacze będą się starać kłamliwemi wieściami oszałamonić łatwowierne głowy i rzucić ziarno niezgody do serca waszego, tedy proszę was na miłość Boga, na waszą doczesną i wieczną pomyślność, nie przyjmujcie podłego nasienia fałszu i oszczerstwa, nie wierzajcie słowom zdradzieckim, bo te do zguby was niezawodnieby doprowadziły i do największego nieszczęścia. We wszystkich waszych wątpliwościach udawajcie się z wszelką spokojnością i zaufaniem do miejscowych waszych XX. Proboszczów, do Pasterzy dusz waszych, a ci udzielą wam w duchu miłości chrześcijańskiéj i w duchu niniejszéj naszéj odezwy rozsądne i zdrowe rady.

Tak jest, szanowni kapłani i współpracownicy nasi, wspierajcie prace, dążności i życzenia waszego Pasterza, waszego Ojca i Biskupa, wspierajcie dobre chęci i zamiary obywateli ziemskich, bierzcie czynny udział w obecnéj wielkiéj sprawie ustalenia bytu naszych włościan. Na naukach waszych wpajajcie ciągle w poczciwy nasz lud wiejski, miłość porządku, zaufanie i wdzięczność ku właścicielom dóbr ziemskich, starajcie się jednoczyć nierozerwanym węzłem wzajemnéj życzliwości oba te czcigodne stany. Wy jesteście siłą moralną narodu, bo naród bez wiary i religii, a religia bez kapłanów ostać się nie mogą. Oświecajcie prosty lud i w ogóle wszystkich waszych parafian, jakie są ich obowiązki względem Boga, względem wiary świętéj i kraju. Niechaj zbawienny owoc prac waszych rozlewając święty spokój w około, roznosząc ogień miłości i zgody we wszystkie stany społeczności ludzkiéj, pocieszy w chwili zgonu waszego Pasterza i udzieli mu najsłodszéj rozkoszy, że jako Polak, człowiek i Biskup dopełnił wszystkiego, co tylko podołał, aby dobro kraju i współbraci zapewnić.

Zaczynając zaś wszystkie nasze sprawy w imię Boskie, zalecamy WWJJXX. Proboszczom i Rządzcom kościołów parafialnych, aby na uproszenie dziełu oczynszowania włościan błogosławieństwa i pomocy Boskiéj, oraz dla obudzenia w sercach naszego ludu wiejskiego zaufania i wdzięczności dla obywateli ziemskich, odprawiali wszędzie solenną wotywę w obec zgromadzonych w tym celu pobożnych parafian swoich. Po zupełném zaś ukończeniu tego wielkiego dzieła, zarządzone przez nas w czasie zostanie na podziękowanie panu Bogu uroczyste nabożeństwo w całéj diecezyi.

Niniejszą naszą odezwę Pasterską WWJJXX. Proboszczowie i Rządzcy kościołów parafialnych i zakonnych ogłoszą z ambon w pierwszą po odebraniu niedzielę ludowi na nabożeństwo zgromadzonemu i takową w ciągu roku kilka razy powtórzą.

Dan w Włocławku, dnia 27. Marca 1861. roku.

(L. S.)

**Michał Marszewski**,
Biskup.

**X. Michał Schultz**,
Kanon. katedr. regens kancel.

## DIECEZYA CHEŁMSKA Obrz. gr.

**Biskup Bełzki**,
Administrator diecezyi Chełmskiéj,
do
PP. Xięży Dziekanów.

Ponieważ Kościołowi Bożemu nic pożyteczniejszego być nie może nad zgodę i miłość wzajemną jego członków, która, jeżeli gdzie i kiedy, to szczególniéj w dzisiejszych czasach spodziewanéj zmiany stósunków włościańskich, jest między tymiż włościanami a właścicielami ziemskiemi potrzebna: wzywamy PPJJXX. Dziekanów, a przez nich wszystkich WWJXX. Proboszczów i administratorów parafii, aby swego wpływu na utrwalenie jedności, zgody i miłości wzajemnéj pomiędzy temi dwoma klasami społeczeństwa używali, ażeby starali się wzbudzić i utrzymać we włościanach zaufanie dla właścicieli, ostrzegli tenże lud wierny, iżby się nie dał obałamucać *zwodniczemi podszeptami, zkądkolwiek pochodzić mogącemi, któreby dążyły do rozdwojenia między włościanami a właścicielami ziemskiemi*, bo jedynie przy trzeźwości i zamiłowaniu pracy, wynik z dobra obmyślonego zbawienne następstwa zrodzić potrafi.

*Jan Teraszkiewicz.*

Właściciel i wydawca odpowiedzialny X. Prusinowski. — Czcionkami Augustyna Schmaedickego.